

asserit: nam alibi etiam dicitur deus stetit in synagoga deorum  
inter omnia scilicet essentialiter uero super oia:& cum dixit: ego  
sum deus habraam deus Isach & deus Iacob. F. Hæc ne  
aliquis græcorum antiquorum quæ cōmemoras tradidit? cum  
hanc scietiā iudei a caldīs phenices a iudeis græci aphenicibus  
accepisse ab antiquissimis iſtoricis traditum sit. Astro. Cer  
te iuniores: antiochus Doratheus & fronto & Timens Ptole  
mīusq; & aliū Euclidis stilo hanc præclarām sc̄ientiām tradide  
rūt: at antiquorum p̄imus omnium græcorum pythagoras: quē  
tamen multi non græcum: sed sabinum aut sirium aut Tīrinū  
fuisse contendunt: sed hunc græcum ego arbitror: sed phereci  
dem doctorem sirium habuit: nam non eum solum: sed persa  
rum etiā magos: & ægyptiorum diuinatores & brachmanas  
iudeorū philotophos audiisse asseritur: sic ut ab aliis arithme  
tricam: ab aliis geometriām: post ab aliis astrologiām: & ab aliis  
musicām: & aliud ab aliis acceperit: a græcis autem nihil cum  
habuisse ausus quispiam est dicere: tantā doctrinā & bonarum  
artiū penuria in græcia fuit: anteq; pythagoras omnia quæ ab il  
lis collegit summo studio docuerit: & propterea altos meruit ho  
nores a quo prima philosophia procellit quam italicam quoni  
am ibi maxime docuit appellare solent. Secunda est quā thales  
unus de septem sapientibus tradidit quæ ionica nominatur: ter  
tia Eleatica dicit cuius xenophanes colophonius auctor ascri  
bitur. Thalem autem multi non græcum sed phenicem dicunt:  
nonnulli millesium fuisse arbitrantur: quem tradūt ab ægyptio  
rum diuinatoribus pleraq; accepisse: quid i hac sua philosophia  
uerius uel dignius tradidere q; quod de astrologia ceterisque  
mathematicis ostenderunt: quid aliud gloriatur Democritus a  
barbaris didicisse: quam linearum demonstrationes: in quibus  
postea nullus sapientum ægyptiorum præualere: uel eum supe  
rare potuit: quid maius quid dignius in se habuere græci uel ex  
cellentius q; quæ de celestibus ac diuinis conscripsere. talia. n.  
hec sunt qualia propinquiores homines deo reddunt: hinc est  
q; mirabilia apolinis respōsa uidebant: & ab idoctis diuina cre  
debant: cū re ipsa nihil aliud quā astronomica essent responsa:  
quo sit ut cōtra eāī p̄imitiuā ecclesia nō nulli niterent: ut testat̄  
porphirius i libro d̄ oracul: & Eusebius i sexti p̄incipio: cū dcmo

doratus  
fronto  
timens  
priorum  
inches.

pythagoras.

thales

demonstr.